Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii
quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu
contumeliam pati

Famulorum tuorum quesumus domine delictis
ignosce ut qui tibi placere de actibus
nostris non valemus genitricis filii tui
domini nostri ihesu christi intercessione salvemur

Can Confitebor tibi domine deus rex et collaudabo
te deum salvatorem meum confitebor
nomini tuo magno quoniam adiutor
et protector factus es michi et liberasti
corpus meum a perditione

Can Iustus cor suum tradet ad vigilandum
qui fecit illum et in conspectu altissimi
deprecabitur

Dilectus deo et hominibus cuius memoria in
benedictione est similem fecit illum in gloria sanctorum
et magnificavit illum in conspectu regum
et in verbis suis monstra placavit

Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iustitiam
et adepti sunt repromissiones in christo ihesu domino nostro
Alii vero ludibria et verbera experti sunt
insuper et vincula et carceres lapidati sunt secti sunt
in occisione gladii mortui sunt pro christo

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3840, Cod3840_403v – Missale (?)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-zlay/2580/29641)